alterius dicēdo O cur ego nō iui. o cur ego nō fui. tūc potuisset rn̄dere. qꝛ nō ie iunasti. Ita de moyse poterit q̄libet cogitare q̄t interrogationes facte fuerūt ⁊ iō fuit accepta placide. Sed q̄ro q̄ fuit rō q̄re xp̄s non rn̄dit petitioni petri dicētis. faciam⁹ hic tria tabernacula. ꝫ ꝑm glo. vide ꝙ nō rn̄dit verbo ꝙ non fuit rōnalis petitō ⁊ bene. sed dico ihm̄ secrete rn̄disse. Nā petrus petebat in illo mōte gloriā suā ⁊ xp̄s oñdit ꝙ fieri nō poterat. v. rōnibꝫ. Prima ē ꝓpter aduentum nubis. Ecce facto rn̄dit. Scd̄a ꝓpter vocem patris. Tercia qꝛ ceciderūt. Quarta qꝛ xp̄s fecit eos surgere. Quinta quia neminē viderūt nisi xp̄m. Et ideo voluit p̄mo xp̄s oñdere petro. v. anteq̄ꝫ deberet venire ⁊ habere gloriā. ⁊ p̄ma nubes venit ⁊ ista significat pn̄iam ⁊ iō penitentiam agite appinquabit enī regnū celoꝝ Math. iiij. Ido p̄mo facienda est penitentia. sed secūdo requirit obedientia. iō dr̄. Si impius egerit penitētiam ⁊c̄. Ezech. xviij. ⁊ ita vox patris. Tercio req̄ritur timor ⁊ humiliatio quia ceciderūt Nam quilibet sanctus timet in morte. Nam ꝑm ph̄m. finis oīm terribilium est mors. Quarto xp̄s venire habet ⁊ hoc in die iudicij quando excitabimur a morte diuīa vtu. ⁊ ꝫ hic innuit qꝛ xp̄s fecit eos in sua transfiguratione surgere quando eis dixit. Surgite ⁊ nolite timere. nā peccatores timebunt eius aspectuꝫ. Sꝫ diceretur iustis. nolite timere surgite. Quinto leuantes oculos solum viderūt vt intelligatur ꝙ sola diuina essentia et nulla creatura ē obiectum glorie siue vite eterne loquendo de gloria essentiali ⁊ principali De quo vide b. tho. p̄ma ꝑte q. xij. arti. viij. in so. ad q̄rtū. Et ad hāc visionem nulla creatura per sua naturalia pertingere potest. vt idem b. thomas pulchre ꝓbat eadem questione scꝫ. xij. arti. quarto. Et ideo dicit ad Roma. sexto. Gratia dei eterna vita in christo ihesu. Illud ergo erit tabernaculum. Igitur omnia ista habebat facere post ⁊ isto modo respondit christus facto. Et ideo in psal. Judica me deus dicitur. Emitte lucem tuam ⁊ veritatem tuam in montem sanctum tuum ⁊c̄ scilicet in monte thabor. Ecce ergo secundū scꝫ quomodo transfiguratio fuit placide accepta. Sequitur tercia pars in qua fuit plene abscondita ista transfiguratio. Nā textus dicit. Descendentibus illis de monte ⁊c̄. Et dixit eis ihesus. Nemini dixeritis visionem hanc donec videbitis filium hominis ⁊c̄. Sed quare voluit abscondi dictam transfigurationem Rn̄. ꝑm doctores. ratio hui⁹ absconsionis fuit pietas christi ne apostoli ⁊ discipuli audientes tantam gloriam de christo si eis fuisset dicta transfiguratio reuelata postea visa ignominia passionis christi magis fuissent scandalizati ⁊ plus peccassent perdendo fidem. Ideo ip̄i tres apostoli tacueruut ⁊ nemini dixerunt in illis diebus ex his que viderant Luce nono. Credo tamen ꝙ beatus Johannes de licentia christi dixit virgini marie gloriosam christi transfigurationem. Jō apparet ꝙ christus magis voluit nostrā saluationem q̄ꝫ suam gloriam cum dicat. Ego non quero gloriam meam est qui querit ⁊ iudicet ⁊c̄ Joh. viij. Et sic pie fuit abscondita. ergo nunc habetis tria tabernacula hic quiescatis maxīe his tp̄ibꝫ

Sabbato ante Reminiscere Sꝫmo

Trāsfigurat⁹ est ante eos Mathei. xvij. Sermo noster erit de ista sācta ⁊ gloriosa transfiguratione ihu xp̄i. qꝛ hoc requirit euangelium ⁊ continet magnas speculationes ⁊ doctrinas notabiles. ꝫ p̄mo salutet ⁊c̄. Trāsfiguratus est ante ⁊c̄. In isto sermone cogitaui tenere modū imꝑatoꝝ ⁊c̄. Nota hystoriam euangelij litteraliter dicit Matheus supra ꝙ vna die christus dimissis alijs discipulis ⁊ apl'is recepit petrum

Dicunt glose ꝙ ille mons vocat̃ tha-
bor qui dicit̃ sanct⁹ ex multis et magnis
miraculis a deo factis. ⁊ transfigurat⁹
est ante eos. s. petrũ ⁊ iacobum ⁊ Johã
nẽ. v resplenduit facies eius sicut sol nõ
dicit q̃tũ sol. quia sine comparatione faci
es xp̃i plus resplenduit sed quia in hoc
mundo nihil est clarius sole. ideo euan-
gelista compauit eam luci solis. Idem
de vestimentis eius sicut nix. ĩmo sine cõ
paratione plus q̃ nix. sed nihil in mundo
albius niue. Et venit aĩa moysi qui fue-
rat mortu⁹ ꝑ mille ⁊. ccccc. annos. Itẽ
helias venit qui fuerat añ ꝑ mille ãnos
translatus in paradisũ terrestrẽ ante aduẽ
tum xp̃i ad oñdendũ vt dicũt glose ꝙ
xp̃us est dñs viuoꝝ ꝓpter heliã. q̃ nũq̃
mortuus est nec morietur donec veniat an
ti xp̃us ⁊ mortuoꝝ ꝓpter moysen q̃ mor
tuus est ante vt dictũ ẽ Petrus autem
qui ibi erat videns illã claritatẽ ⁊ glori
am gauisus est inestimabilit̃ ⁊ tunc dixit
xp̃o. O dñe non recedam⁹ de isto loco
sed faciamus ⁊c̃. Nam petiuit ꝓ se ⁊ ñ
ꝓ Jacobo ⁊ Johanne quia faciebat cõ
pactũ ꝙ Johannes qui fuit speculatiu⁹
valde esset in tabernaculo moysi. q̃ fuit
etiã valde speculatiu⁹. ⁊ Jacobus q̃ fa
ciebat pn̄iam esset in tabernaculo helye
qui magnã faciebat pn̄iam. ⁊ ip̃e facie-
bat cõputum suũ ꝙ esset in tabernaculo
xp̃i. ⁊ sic bonus homo diligebat meliorẽ
ꝑtem esse cũ xp̃o ⁊c̃. Et post nubes ob-
umbrauit eos ⁊ ceciderunt p̃ timore in
facies suas ⁊ venit vox de nube scz p̃ris
dicens. hic ẽ fili⁹ meus in quo mihi be-
ne placui ip̃m audite. i. eius doctrinã in-
dubitanter ⁊ sine dubio recipiatis. quia
non potest fallere nec falli. Cogita hic
qñ helias reuersus fuit ad paradisuz ter
restrẽ quales questiões fuerũt inter ip̃m
et Enoch sociũ suũ. quesiuit ei Enoch.
O socie beneueneritis mirabar enĩ vbi
eratis. Rñdit helias. O bona noua Et
que. Ego venio de saluatore ⁊ filio dei
qui recepit carnẽ humanã ut saluet ho-
mines ⁊ habet tot annos vt cito recipi-
et passionẽ O mi miser dicebat Enoch
non fui dignus videre eum. nec esse vo-
biscum ⁊c̃. Idem de aĩa moysi qñ exiuit
lymbũ dixerunt alij sancti patres. O v-
bi est moyses qꝛ ibi omnes cognoscebãt
se. ⁊ qñ redijt dixerunt. o dñe beneuene-
ritis vbi fuistis. rñdit moyses gaudete.
Ego porto vobis meliora noua q̃ vn-
q̃ audistis. O illũ quẽ sperabam vidi o
dñe dicatis ꝓ certo. Ego vidi saluato-
rem ⁊ locutus sum secum ⁊ breuiter ve
niet ad redimendũ nos. ⁊ ẽ iam trigin-
tatriũ annoꝝ vel circa ⁊ predicabat eis
q̃cq̃d audiuerat ⁊ viderat a xp̃o. Sed
q̃reisti duo fuerunt in transfiguratione
plusq̃ alij sanctoꝝ declarabitur postea.
dicit ergo thema. Transfiguratus ẽ ante
dicit Lucas ꝙ apl̃i nemini quitq̃ dixerũt
et qñ venerũt alij apl̃i ad petrũ iacobũ
et iohannẽ O beneueneritis dicatis no-
bis ⁊c̃. non dixerũt secretũ est. Modo
veniunt questiones. primo de themate.
Transfiguratus est ante eos. Queritur
vnde venit tantus splendor xp̃i in facie
eius. ⁊ tanta albedo in vestimentis. Re
sponsio ꝙ doctrina est theologie. ꝙ xp̃us
in instanti sue conceptionis habuit tan-
tam gloriã ⁊ sapientiã in aĩa q̃tam ha-
bet modo in celo sed corpus in sua sen-
sualitate fuit passibile ⁊ mortale. Ratõ
hui⁹ fuit. qꝛ xp̃i aĩa hz maiorẽ confor-
mitatẽ cũ filio dei q̃ corpus. qꝛ est sub-
stantia spũalis. sicut diuinitas ⁊ decebat
vt esset gloriosa ꝓpter dignitatẽ diuine
ꝑsone cui ĩmediate vniebat̃ ꝑsonaliter.
Ideo Joh. ꝑmo d̃r in ꝑsona istoꝝ triũ
apl̃oꝝ vidim⁹ nos scz petrus iacobus ⁊
iohãnes gloriã ei⁹ q̃tum ad aĩam ⁊ cor
pus remansit passibile ꝓ nostra necessi
tate scz redemptione. Nõne sic oportuit
xp̃m pati scz ꝓ nobis ⁊c̃. Cum igit̃ q̃ri
tur vnde venit illa claritas. Rñdet̃ ꝙ
claritas aĩe redundauit in corpus. non

habitualiter sed actualiter ipm illumi-
nans De hoc vide b. tho. iij. dis. xvi. q. ij.
arti. ij. Itē tercia pte q. xlv. ar. ij. vt can-
dela accensa infra lucernā illumiat eam
sic claritas aīe existens interius illumina
bat corpus exterius. ideo resplenduit fa
cies eius sicut sol ⁊ vestimenta eius
sicut nix. ⁊ transfiguratus est ante eos.
De ista transfiguratione xpi subtilissime
determinat b. tho. iij. scrip. dis. xvi. q. ij. ⁊
tercia pte q. iij. arti. pmo ¶ Secūda
questio qñ voluit transfigurari quare re
cesserunt ab eis alij apli ⁊ venit in altum
montem ⁊ desertum ⁊ inhabitabilē ⁊ ñ
in plano ⁊ coram alijs aplis ⁊ discipul'
Rñsio bone gentes sciatis q ꝓ nobis
fecit ⁊ nostro exemplo. Unde ⁊ temp⁹
quadragesimale est mons altus ⁊ deser
tus. ⁊ tempus carnale est locus bassus
et deliciosus. Auctoritas Mathei: vij.
Lata porta ⁊ spaciosa via est que ducit
ad pditionem ⁊ multi sunt qui intrant
per eam. Sed modo boni xpiani ascen-
dunt montem pnīe dimittendo delicias
pompā supbiā. pctā. negocia. solatia ⁊c̄
Juxta illud Isa. scdo. Venite ascenda-
m⁹ ad mōtē dñi. s. mōtē pnīe hoc ē dñi
actiue. qꝛ ipe ordinauit. ⁊ passiue qꝛ ipse
sustinuit. in monte quadragesimali xps
transfigurat̄ de figura iusticie rigorose in
figuram misericordie copiose ꝓpter nr̄az
pniam. vnde ꝓpheta dicit ps. c. Tu exur
gens misereberis syon quia venit temp⁹
miserendi eius scz q̄dragesime ¶ Nota
tu exurgens scz in nobis in isto tempore
misereberis syon scz anīe quia venit tē-
pus miserendi. scz quadragesimale. Et
concordans aplus dicit hortamur vos
ne in vacuum gratiam dei recipiatis ait
eni tempore accepto. scz quadragesima-
le exaudiui te ⁊c̄. ij. Corinth. sexto
¶ Tercia questio quare christus volu-
it transfigurari non assumpsit nisi tres se
cum. scz petrum iohannem ⁊ iacobum.
Responsio q singulariter recepit istos
tres ad denotandū q tres conditiones
psonarum sunt digne pre ceteris ad cog
noscendum secreta dei. pmo prelati ⁊ e-
piscopi per petrum designati quem iam
christus elegerat in prelatum dicit bea-
tus thomas in quotlibet. q pre ceteris e-
piscopus debet scire sacram scripturam
Dicebat b. thomas in quotlibet. quotli.
primo. q. vij. arti. ij. q episcopi ⁊ docto-
res theologie sunt sicut principales artifi
ces in edificio spirituali. qui aut vacant
saluti alicuius in particulari fiunt vt ma
nuales sic igitur pre ceteris episcopus
debet scire sacram scripturaz. sed simpli
cibus sacerdotibꝫ sufficit intelligere grā
maticam. al's non debent promoueri ad
sacerdotium nec ad ordines. Curati ve-
ro animaꝝ tenentur plus ⁊ vltra scire
scz formam sacramentorum. scz que est
forma absolutionis baptismi ⁊ similia.
al's in periculo anime sue recipiunt curaz
Debent etiam ipsi scire ea que faciunt
difficultatem in sacra scriptura de hoc au
ctoritas pma Petri tercio Dominum
ihesum sanctificate in cordibus vestris
parati semp ad satisfactionem omni pe-
tenti vos rōnem de ea que est in vobis
fide ⁊ spe. scdo Johānes erat virgo ꝓpu
rus corpe ⁊ mente ideo xps virginē ma
trē virgini cōmendauit qꝛ xpus dixerat
Math. v. Beati mūdo corde qm̄ ipsi
deū videbunt. Et significat q mundi et
puri corde videbūt deū. Tercio iacobꝫ
fuit assumpt⁹. qꝛ prim⁹ q̄ debuit p mar
tiriū padisū intrare De aplis extitit ido
xps voluit eū cōlolari oñdens sibi aliq̄
modo gl'iam Juxta illud beati q̄ psecu-
tionē patiunt̄ ⁊c̄ Math. v. ad oñden-
dū q illi q̄ sustinēt passiones ⁊ tribula-
tiones ꝓ salute aīaꝝ ⁊ ꝓximi videbunt
gl'iam dei. ¶ Quarta questio q̄re de san
ctis veteris testamenti solū fuerunt ibi
duo scilicet Helyas ⁊ Moyses ⁊ qua-
re pl⁹ illi q̄z alij. dic quō aīa moysi veīt
de lymbo q̄ ē i medio t̄re ⁊ helias d̄ padi

so terrestri portatus fuit p angelū Pro quo nota sm b. tho. tercia pte q. xlv. ar. iij. ad scdm ⁊ tercio scrip. dis. xvi. q. ij. arti. pmo ad qntū q moyses tūc nō ibi sumpsit, ppriū corpus sed aliud sicut angeli Helias aūt habuit, ppriū corpus ⁊ venit illuc de paradiso terrestri Nō autē de celo empirreo hec ille. Sed qre plus aīa moysi qz ade vel noe ⁊ quare plus helyas qz enoch. Rñsio q causa fuit qr de alijs oibꝰ scīs qui fuerunt ante aduentum xpi nullus ieiunauit q̄dragesimā nisi isti duo de moyse dicit textus Exod. xxiiij. Ingressusqz moyses mediū nebule ascendit in montē ⁊ fuit ibi. xl. diebus et. xl. noctibus De helya dicit textus iij. Regū. xix. surgēs cōmedit ⁊ bibit ⁊ ambulauit i fortitudine cibi illiꝰ. xl. diebꝰ ⁊ xl. noctibꝰ vsqz ad montē dei oreb Ista est rō moralis ideo si vultis esse in societate xpi in transfiguratione in monte glorie q̄dragesimā ieiunetl. Quis vr̄m poterit dicere q de toto tpe vite sue ieiunauit vnā q̄dragesimā integrā ⁊ perfecte credo q pauci sunt. qlibet excusat se a ieiunio aliquo mō. aliqui dicūt habeo cordis dolorem ex ieiunio. aliqui. O ego ñ possum dormire stomachus nocet mihi Ideo vt boni milites in bello armetis vos ieiunare sine timore. Declaretur p casum si sit hic alqs homo qui cōmiserit vnū magnū crimen contra regem, ppter qd rex dat sententiā vel q induat ppter illud crimen loricam ferreā ignitam vel camisiā delicatā nōne esset bñ fatuus si indueret loricā ferreā ignitam. Sic omnes nos bone gentes criminosi sumus ex peccatis nostris ⁊ sentenciati. Ideo oportet recipe iuxta sententiam dei. loricam ignitam. vel vestire habemus camisia pnīe. ieiunando abstinendo vel vestiri in alio mundo in inferno loricā ignitā scz penā inferni vbi ē ieiuniū ita strictū q nec guttā aque potestis habere. Ex q̄ noluerunt hic ieiunare ieiunabūt in inferno vt patet de diuite epulone Luce. xvi. q modo. Mcccc. anni sunt ⁊ vltra q ipe pecijt vnā guttā aque cotidie ieiunando ⁊ non potest obtinere. dicit textꝰ cū esset in tormētis eleuauit oculos ⁊c.

Nota q aīa sepata habet oculos vt refrigeret linguā meā. Nota etiā q habet linguam. sed est sententia data a rege christo Luce. xiij. nisi penitentiam habueritis omnes simul peribitis. Iam videamus quō isti tres. scz xps helyas ⁊ moyses Ieiunauerūt q̄dragesimā. christus ieiunauit orando. Luc. sexto. Erat pernoctans in oratione dei. Moyses ieiunauit deum audiendo. Helyas ambulando. His tribus modis debemus ieiunare audiendo missas sermones. diuina officia. scdo orando scz mane ⁊ sero

Nota modum orandi etiam oratio humiliātis se penetrat nubes Eccl. xxxv

Tercio debemus ieiunare ambulando. scilicet ecclesias visitando. hospitalia. indulgentias ⁊c. his modis eritis istis tribus similes. ⁊ de vobis verificabitur illud dauid. Ibunt de virtute in virtutē videbitur deus deoꝝ in syon

Quinta questio quia dicit euāgelium q apparuerunt illi moyses ⁊ helyas loquentes cum eo de quo loquebant cum xpo quid dicebant ⁊ quid loquebātur mathеus non dicit sed lucas declarat quid dicebant Luc. ix. Ecce duo viri loquebantur cum eo. Erat aūt moyses ⁊ helyas in maiestate dicebant excessum eius quē completurus erat in ir'lm Lucas declarat p lamentum dicens loquebantur enim de passione quam debebat sustinere xps p nobis in ir'lm. Nota excessum sue passionis. magnus excessus pdere totuz sanguinem p nobis. cōclusio est theolo. qz minima gutta sanguinis christi. erat sufficiens ex valore diuinitatis. ex infinita charitate christi ad redimendum mille milia mundos. De hoc vide b. tho. tercia pte q. vi. arti. v.

terciū arti. vi. ad sextū ⁊ tercio scp̄to dis. xx. ar. iij. ad quartum ⁊ sextū qui dr̄ ꝙ vna minima passio xp̄i suffecisset ꝓ omni peccato ⁊ ipse effudit totū sanguinē. ⁊ multociens effudit. Primo in circūcisione. Scd̄o in orōne Luce. xxij. Factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentꝭ in terrā. Tercio in flagellacōne. Quarto in cruce. O q̄lis excessus effundere totū sanguinē pro ꝓditore hoīe. Jā videamꝰ practicā illius parlamenti ꝓut rōnabilit̄ potest cogitare fuisse factū moysi ⁊ helye in monte. Primo moyses incepit. O domine saluator mundi ergo deliberastis vt sitis capiendus ligandus male tractandꝰ ꝓ homine vt nos credentes ⁊ obediētes liberemur a potestate dyaboli. O dn̄e q̄lis excessus esset ꝙ rex vellet acceptare mortē ꝓ famulo ꝓ latrone q̄ fecit chrimen ⁊ cōmisit. Ab alia parte helyas clamando dixit. Et vultis flagellari ⁊ verberari ꝓ homine vos q̄ creastis illum et vultis tantū humiliari. O dn̄e q̄lis excessus caritatis erit iste. Et iterꝫ moyses O dn̄e qualis erit excessus iste. qꝛ iam deliberastꝭ coronari corona de spinis. Et helyas O dn̄e vultꝭ despici ⁊ vituperari Deinde moyses O dn̄e vultꝭ suspendi ī ligno O qualis excessus. Deinde helyas O dn̄e vultis mori vt peccatores viuāt vita eterna. Ecce quō dicebant excessuꝫ passionis xp̄i ⁊ caritatis in mīa. De hoc apostolus. Deus qui diues in mīa ꝓpter nimiā caritatē suā. scꝫ excessiuā caritatē qua dilexit nos ⁊ cū essemus mortui peccatis conuiuificauit nos in xp̄o. Ephe. ij. Moraliter habemꝰ hic exemplū si xp̄us tantā fecit ꝓ nobis. ⁊ nos debemꝰ facere aliquid ꝓ ipso. saltē redimere peccata nostra per penitenciā Unde apl̄s ad hebr. xij Recogitate eū qui talem sustinuit a peccatoribus aduersum semetipsum contradictionē vt non fatigemini animis vestrꝭ deficientes. mundū enī vsqꝫ ad sanguinē restitistis aduersus peccatū expugnātes

Multi sunt q̄ nō timent leonē vel vrsū aggredi. vel ire ad guerrā ⁊ exponere se morti ⁊ tn̄ timent vnā q̄dragesimā ieiunare q̄ non est periculum mortis. ꝫ salus corporis ⁊ aīe Sexta questio qd̄ fuit motiuum petri dicētis. Domine faciamꝰ hic tria tabernacula. Responsio ꝙ petrus sciebat ꝓphetam dauid de hmōi transfiguracione dixisse. Emitce lucē tuā scꝫ xp̄m q̄ est lux. Joh. viij. Ego sū lux mundi ⁊ veritatem tuā scꝫ xp̄m q̄ est veritas Joh. xiiij. Ego sum via veritas ⁊ vita ipsa me deduxerūt dr̄ ꝓphetā ⁊ adduxerunt in mōtem sanctū tuū scꝫ tabor. O dr̄ petrus. Ego habeo lucē ⁊ veritatē mecū scilicꝫ xp̄m ⁊ duxit me in montē sanctū suū scꝫ tabor. opto eciā terciū scꝫ ⁊ introduc me in tabernacula tua. ⁊ ideo vt ꝓphetia compleretur petiuit fieri tria tabernacula nesciens quid diceret. Nota dicit Lucas ꝙ illa tria taberuacula sunt in celo. scꝫ tres Jerarchie angeloꝝ ⁊ in q̄libet ierarchia sunt tres ordines angeloꝝ. In p̄ma Jerarchia sunt angeli archangeli ⁊c̄. dicant̄ hic. Et de istis loquebat̄ dauid ⁊ petrus cogitauit ꝙ in monte thabor essent fienda. Ideo dr̄ lucas nesciens q̄d diceret. Et in p̄mo tabernaculo. i. in p̄ma Jerarchia ibunt penitentes q̄ habent contricionem de peccatis suis q̄ habent ꝓpositum emendandi vitā suā. ⁊ nō redire ad peccata sua ⁊ confiteri ⁊ sic isti erunt in societate helye. Ideo xp̄s Mathei. iiij. Penitenciā agite appropinquabit regnū celorum. In scd̄o tabernaculo scꝫ scd̄a ihrarchia ibunt presidentes. scꝫ boni dn̄i tp̄ales. qn̄ bono titulo habent titulū dominij ⁊ seruant iusticiā ⁊c̄. Itē prelati q̄ bono iure symoniace intrauerūt nō per litteras dn̄oꝝ nec manu armata que plus curant de salute animaꝝ q̄ꝫ de redditibus. Iqunt cū moyse qui fuit p̄latus populo dei. Ideo dicit vnū helye ⁊ vnū moysi. Ideo scriptura loquēs de istis dn̄is dr̄. Si ergo delectemur in sedibus ⁊ sceptrꝭ

O reges populi diligite sapienciā vt in perpetuū regnetis. Diligite lumē sapiencie omnes q̄ p̄estis populis. Sapie. vi. Nota diligite sapiam ad bene gubernandū personā vestram ⁊ populū vobis commissum. In tercio tabernaculo siue in tercia ierarchia ibunt persone excellentes in vita apostolica ꝑm apostolum habentes alimenta ⁊ tegumēta quibꝫ teguntur contenti sunt ⁊c̄. De istis dr̄ xp̄s Ego dispono vobis sicut disposuit michi pr̄ meus regnū vt edatis ⁊ bibatis super mensam meā in regno meo Luce. xxij. Et isti erūt cum petro in tercio tabernaculo Ideo dr̄ faciamꝰ hic tria tabernacula ⁊c̄. id est edificemus meritorie in p̄senti vita tria tabernacula ⁊ superius habemꝰ possessionē in gloria ⁊c̄. Septima q̄stio quare xp̄s p̄cepit illis apostolis ne alicui dicerēt scꝫ tantā gloriā cū tamē uisset magna consolacio ⁊ gaudiū alijs si sciuissent. Responsio ꝙ fecit ad vtilitatē alioꝝ apostolorum sciens xp̄s ꝙ oēs debebant perdere fidē. ideo magis peccassent si sciuissent illā gloriā. In quo videt plus dilexisse bonū apostoloꝝ q̄ꝫ suā gloriā Joh. viij Ego gloriā meā non quero. vbi moraliter ostendit nobis. ne in bonis operibus queramꝰ gloriā sed interrogate cor vestrum ꝙ nō menciat vobis quare vultis hoc facere si ꝓ vana gloria. O nō faciam quia xp̄s noluit gloriā tēporalē q̄ꝫto magis nos nō debemus velle. Unde apostolus scd̄a chorinth. viij. ꝓuidentes bona non tantū corā deo sed etiā corā hominibus. si vultis facere bonum opus ꝓpter hoc vt deus det vobis remissionē pctōꝝ ⁊ finalit gloriā O tunc nō q̄ratis vanā gloriā sed gloriā dei ⁊c̄.

Dñica reminiscere Sermo

Ecce mulier cananea Math. xv. Et recitatiue in euuāgelio hodierno. Intēcio est vl'is ecclesie fideles hoīes ad orōnē ꝓuocare Sic in dñica ꝓxime lapsa ꝓuocauit ad ieiuniū. Qr ieiuniū ⁊ orō sunt duo opa necessaria ad verā pñiam. Et est ista rō Nā oēs formati sumꝰ de duabꝫ ꝯtrarijs substācijs ex ꝑte scꝫ carnis ex substācia carnali. Et ista inclinat nos semꝑ ad malum ⁊ ad terrena nisi a carne impediat ⁊ sic sibi cōtrariant ⁊ nunq̄ꝫ est inter eas requies vera nisi in xp̄o ⁊ in v̄gine Maria. Et ideo dr̄ ad gal. v. Caro enī cōcupiscit aduersus spm̄. spūs autē aduersus carnem Hec enim sibi inuicē aduersant ⁊c̄. Sunt enī cōtraria ⁊ nūq̄ꝫ est pax int̄ eas Et scā mater ecclesia videns hāc contrauersiā sciens aīam habere iusticiā ⁊ ex aīa etiā cōpositi sumus que appetit spūalia ⁊ celestia iuuāt ipsā Et q̄d facit sumit ꝑtē ⁊ ordinat ꝯ carnē. afflictiones ⁊ ieiunia ⁊ h̄ dñica p̄terita q̄ ieiunio caro refrenat ⁊ eleuat spm̄ hoīs orōnibus. Ecce g̃ q̄re scā mr̄ ecclesia ꝓuocat nos ad orandum Et isto modo vīcemꝰ demones. Nā scribitur marci. ix. h̄ genꝰ demonioꝝ in nullo expellit nisi in orōne ⁊ ieiunio Et ꝓuocati fuimꝰ ad ieiuniū exemplo xp̄i nobis ꝓpositi. Nec est verꝝ vt quidā rudes ⁊ ignorantes dicunt ꝙ xp̄s. xl. panes assumpsit secū in monte qr nullā refectionē carnalem suscepit. Ideo dr̄ math. iiij. Et cū ieiunasset. xl. diebus ⁊. xl. noctibꝫ postea esurijt. Idē beatus Lucas. iiij. Et nichil māducauit in illis diebꝫ ⁊c̄. Si g̃ xp̄s q̄ nullā habebat cōtradictionē carnis ⁊ spiritus ieiunauit quanto plus nos. tū quia ipse q̄ est dñs ⁊ redēptor ieiunauit quid nos miseri facere debemus q̄si arguendo per locū a minori. Hodie igit ecclesia instruit nos exēplo cuiusdā infidelis chananee ꝓ nostra verecūdia vt forcius nos orare debemus. Ideo dr̄ ecclesia. Ecce igitur mulier chananea Ecce demonstratiuū ⁊ infidelem demonstrat vt melius ꝓuocemur ad oracionē. Et ista mulier seruauit tres condiciones oracioni necessarias.